

delis quommo non audiunt. sed utamur uerbis dñi & dicamus. qui habent au
diendi audiant. & qui audiunt sciunt scriptum esse quia cum conuersus
ingemueris tunc saluus eris & scies ubi fueris & si dixeris tu peccata tua prior ego
exaudiam te tamquam populum sem. Audisti quomodo si peccator fuisti tam
si conuersus & desisti a peccato iam scis appellari. nihil ergo desperandum est
his qui conpunguntur. & conuertuntur ad dñm. non enim superat bonitatem
diuina delictorum. Sumet ergo pontifex uatillum plenum carbombus ignis de
altari quod est contra dñm & implect manum suam de incenso compositionis minu
to & infert in interiora uelaminis. Intellegas primo quid designat historia & tunc
quid sensus spiritalis habeat requiremus. duplex aedis est tabernaculi testamouel
templi dñi. prima est in qua altare holocaustorum est. quod per petrus ignibus exci
tatur. In qua aede solis licet adistere sacerdotibus & sacrificiorum ritibus & ministe
ria celebrare. & neq; leuitis. neq; alicui quam preterea indulgetur accessus. Secun
da uero aedis interior est sola ab hac discreta uelamine. Intra quod uelamen arcu testa
menti & propitiatorum super quod cherubim duo statuta sunt. & altare incensi con
locatum est. in hac aede semel in anno. non prius quicumq; erit pontifex oblati
prius hostias propitiacionis. de quibus supra exposuimus. Ingredebatur habens utraq;
manum repletam. unam uatillo carbonum & aliam compositionis incenso. ut cum
fuisse ingressus statim superposito incenso carbonibus fumus ascenderet. totamq;
aedem repletet & aspectum scorum quem ingressus pontifex reuelauerat nubis uela
ret incensi. Sibi sacrificiorum mos patuit antiquus. quid haec etiam secundum
rationem mysticam contineant uideamus. duas audiisti aedes unam quas uisibilem &
patentem sacerdotibus. aliam uelut inuisibilem & inaccessam excepto uno solo pontifi
ce. cetera foris sunt. prima aedis ista puto quod intellegi possit haec in qua nunc su
mus in carne posita ecclesia in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorum
succensillo igni de quo dixit ih̄s. Ignem ueni mittere in terram & quam uoluit accenda
tur. & nolo mireris quod haec aedes solis sacerdotibus patet. omnes enim quicumque
unguento sacri chrisimatis delibuti sunt sacerdotes effecti sunt. sicut & petrus ad omne
dicit ecclesiam. uos autem genus electum genus regale sacerdotale. gens inter homi
nes carnis aduersus sp̄m & sp̄m aduersus carnem. & nescitis quia sic carnem solam uertatis